Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 204



ſra ventrem ſunt, ſubjicietur incontinens. Quare pie atque decenter corpus noſtrum gubernetur oportet. In eremo autem verſans, dignas ſemper tecum virtutes habe, rectam de fide ſententiam, animi ſubmiſſionem, vigilantiam, & fortitudinem. Diſtractiones autem animi, & avaritiam fuge. Sinceram ſanctitatem cole, & patiens laborum eſto. Omnium te conſolatorem præbe. Ad indulgentiam erga alios promtus ſis & accuratus. In contemplatione Deo congruenti, mentis evagationem devita: quod & paſſiones animi ſedat, & dæmonas fugat. Neque corporalem imbecillitatem aut mortis præſentiam pertimueris; verum ſic cum lætitia exitum exſpectabis, quaſi ex metallis, aut ab exilio in regnum cœlorum ſis revocandus, ſecundum eum qui ait: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. (Philipp. 1.) In cœnobio degentem hæc amplecti oportet: obedientem ſecundum Deum ſe præbere abſque ulla prorſus contradictione: compatientem quoque in proximum, & ab inani gloria alienum: honoris ac dominandi non cupidum; vigiliis autem & orationibus intentum, & in piis religionis exercitiis manuumque labore perſeverantem. Fugere denique oportet, & tacere, atque quietum eſſe. Fugere quidem hæreticos, & homines pernicioſos atque corruptores: tacere autem vetita, Deoque non placentia: abſtinere autem a turbis, rebuſque mundanis. Non aberrare e cella in cellam: non offendiculum aut ſcandalum proponere proximo: non ſine judicio aut ratione verba proloqui, neque iracundiæ aut furori obſequi, non delectari ornatu veſtium, non carnem ad pulchritudinem exterere, non oculum effrænatum habere: non callidus atque aſtutus videri optes, ne in vanam decidas gloriam, quæ voluptatis, iræ, & mœroris procreatrix eſt. Magis autem teipſum ſatage exhibere ſimplicem & fuco carentem ut plurimum. Corpus a peccato cuſtodi, ne creatori tuo mentiaris. Donum enim nos ipſos Domino obtulimus, neque amplius corporis noſtri poteſtatem habemus. Sive enim anguſtiamur, ſive oppugnamur, ad arbitrium noſtrum auferre donum non licet. Quemadmodum enim ſi quis votum vovens Deo, munus Domino obtulerit, quod ſacerdos acceptum in templo ſeponit; etſi poſtea pœnituerit eum, qui munus obtulit, non amplius in ſua poteſtate eſt auferre donum, poſtquam Domino illud obtulit; adeo ut ſi occulte hoc ſuffurari molitus fuerit, non jam quaſi ſuum auferre velit, a culpa abſolvetur, ſed velut ſacrilegus punietur: ſic quoque qui Deo ſuas animas conſecrarunt, corporis ſui poteſtatem amplius non habent.

Beati

A ἡδοναῖς περιπεσεῖται ὁ ἀκρατής. Χρὴ οὖν εὐσεβῶς
καὶ προσηκόντως κυβερνᾶν τὸ σῶμα. Ἐν τῇ ἐρή-
μῳ δὲ καθεζόμενος ἔχε ἀεὶ τὰς πρεπούσας ἀρε-
τάς, τὸ ὀρθόδοξον, καὶ ταπεινὸν τοῦ φρονήματος,
τὸ γρήγορον, καὶ ἀδείλανδρον, τὸ ἀπερίσπαστον καὶ
ἀφιλάργυρον, τὸ ὑγιὲς τῆς ἁγιότητος, καὶ καρτε-
ρικὸν τοῖς πόνοις, τὸ παρακλητικὸν πρὸς πάν-
τας, καὶ περὶ τὴν συγκατάβασιν ἀκριβές, τὸ ἀμε-
B τεώριστον τῆς διανοίας τῆς πρεπούσης Θεῷ, ὅπερ
ἐστὶν παθῶν μείωσις καὶ δαιμόνων διωγμός,
τὸ μὴ δεδιέναι σωματικὴν ἀρρωστίαν, ἢ θανάτου
παρουσίαν· ἀλλ' οὕτω μετ' εὐφροσύνης προσδέχεσθαι
τὴν ἔξοδον, ὡς ἐκ μετάλλων, ἢ ἐξορίας ἀνακαλεῖ-
σθαι μέλλων ἐπὶ τὴν οὐρανῶν βασιλείαν, κατὰ τὸν εἰ-
πόντα· ἐπιθυμίαν ἔχω τοῦ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν
Χριστῷ εἶναι. Τὸν ἐν κοινωβίῳ καθεζόμενον τούτων
C χρὴ ἀντέχεσθαι, τὸ ὑπήκοον εἶναι κατὰ Θεὸν δίχα
πάσης ἀντιλογίας, τὸ συμπαθὲς καὶ ἀκενόδοξον,
τὸ ἀφίλαρχον καὶ ἀτιμητικόν, τὸ ἐν ἀγρυπνίαις καὶ
προσευχαῖς εὔτονον, τὸ ἐν ἀσκήσει καὶ ἐργοχειρῷ
καρτερικόν· φεύγειν καὶ σιωπᾶν καὶ ἡσυχάζειν· φεύ-
γειν μὲν τοὺς αἱρετικοὺς καὶ φθοροποιοὺς ἀνθρώπους·
σιωπᾶν δὲ τῶν ἀπηγορευμένων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόν-
των· ἡσυχάζειν δὲ τῶν θορύβων καὶ βιωτικῶν πραγ-
μάτων· μὴ περιέρχεσθαι ἀπὸ κελλίου εἰς κελλίον,
D μὴ προτιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάν-
δαλον, μὴ ἀκρίτως ἀποφθέγγεσθαι, μὴ θυμῷ
ἢ μήνει δεδουλῶσθαι, μὴ ἐν ἱματίοις καλλωπίζε-
σθαι, μὴ τὴν σάρκα ἐκτρίβειν πρὸς ὡραϊσμόν, μὴ
ἀχαλίνωτον ἔχειν τὸν ὀφθαλμόν. Μὴ ὡς πανοῦρ-
γος ὀφθῆναι σπουδαζέτω, ἵνα μὴ εἰς κενοδοξίαν
περιπέσῃ, ἥτις πρόξενός ἐστιν ἡδονῆς τε καὶ ὀρ-
γῆς καὶ λύπης· ἀλλὰ μᾶλλον ποιεῖν ἑαυτὸν ἁπλοῦν
E καὶ ἀφελῆ τὰ πολλά. Τὸ φυλάσσειν τὸ σῶμα
ἀπὸ ἁμαρτίας, εἰς τὸ μὴ ψεύσασθαι τῷ δημιουρ-
γῷ· δῶρον γὰρ προσηγάγαμεν ἑαυτοὺς τῷ Κυ-
ρίῳ, καὶ οὐκ ἔτι ἔχωμεν ἐξουσίαν τοῦ ἑαυτῶν σώμα-
τος. Εἴτε γὰρ στενούμεθα, εἴτε πολεμούμεθα,
ἀφέλκεσθαι τὸ δῶρον πρὸς ἴδιον θέλημα οὐ δυνα-
τόν. Ὥσπερ γὰρ ἐάν τις εὐξάμενος εὐχὴν τῷ
Θεῷ προσενέγκειν δῶρον Κυρίῳ, ὃ λαβὼν ὁ ἱε-
F ρεὺς ἀναθῇ τε ἐν τῷ ναῷ· κἂν μεταμεληθείη
μετὰ ταῦτα ὁ τὸ δῶρον προσενέγκας, οὐκ ἔτι
ἐξουσιάζει ἀφελεῖν τὸ δῶρον μετὰ τὸ προσενέγκειν
αὐτὸ τῷ Κυρίῳ· εἰ δὲ καὶ λαθραίως ἐπιχειρείη τοῦ
διακλέψασθαι, οὐχ ὡς τὸ ἴδιον ἀφελόμενος, τοῦ
ἐγκλήματος ἀπολυθήσεται, ἀλλ' ὡς ἱερόσυλος κο-
λασθήσεται· οὕτω καὶ οἱ τῷ Θεῷ ἀφιερώσαντες τὰς
ἑαυτῶν ψυχάς, τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζουσιν.

Μα-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0452
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg